



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm


Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 28. De Illusione in domo Pilati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

7. Qui se Christianos professi , ne minimum quidem molestiarum ferre possunt , & quavis exiguae turbantur & prostrantur, contemplentur hoc patientia speculum , ut sub capite spinis coronato , pudeat ipsos esse membra delicata.



MEDITATIO XXVIII. DE VARIA ILLUSIONE DOMINI IN DOMO PILATI.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- Mat. 27* I. Dederunt arūdinem in dextera eius.
Mar. 15. II. Genuflexo illudebant dicentes: AVE
Ioan. 19. REX IVDAEORVM.
 III. Expuentes in eum , accepta arundine percutiebant caput eius, & dabant ei alaphas.

F. I G V R A.

2. Re. 16. DAVID fugiens Abialonem , cùm tristis , discalceatus , operto capite incederet , à Semei inimico maledictis , & irrisioibus , simul etiam iniurijs & contumelijs affectus est.

P R O P H E T I Æ.

Iere. 20. FACTVS sum in derisum tota die , omnes
subfannant me.

Audi-

*Audiui contumelias multorum, & terro- Ibidem.
rem in circuitu.*

DOCUMENTA.

1. **S**IMVLATE Christum adorant, qui Religionem professi, vita nihil à saecularibus differunt. Item qui in animo cogitationibus dissipati, sine sensu, exterius devotionem pra se ferunt, quique bonis monitis, quibus alios prudenter instituunt, ipsi non obtemperant.
2. Caput Christi arundine verberamus, cum immoderatis cupiditatibus rerum caducarum, aut alio quouis vanitatis & levitatis genere, Christum, qui caput nostrum est, offendimus. Item cum in ipsis obsequio cessatores sumus, vacui actionibus bonis, aut cum in agendo aliud quicquam, prater ipsis gloriam, sequimur.
3. Cum arundinis in modum, sentimus nos esse flexiles, fragiles, & infirmos, in manus Iesu debemus nos collocare, ne temptationis ventus nos terrae affligat.
4. Spuunt in faciem Christi, qui quo tempore preces aut Dei laudes recitandæ sunt, animum per alienas & inanæ res vagum esse patiuntur.
5. Erubescere, humana supertia, cum vides Dominum tuum & Deum arundinem manu gestantem, frustro vestis semiamictum, irrisum, & illusum ab hominum genere infimo: & tu adhuc, qui te sequi illum profiteris, non sine cura queris bonas & delicatas vestes, laudes & hominum famam, carpas.

N 2 MEDI-